Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pit. ꝑ triginta duos principes curruum. oc
to principalia uicia. quater enim octies
multiplicata. xxx. duo faciunt. ꝑ quem
numerum uniuersa uicia. & delicta ma
iora & minora designantur. Rex itaq;
iste. i. diabolus xxx. ii. principibus curruum.
hoc est. viii. principalibus uiciis. cum uniuersis
sibi coherentibus neq; iis dat preceptum dicens.
Non pugnabitis contra minorem & maiorem
quempiam. nisi contra regem israel solum. Per populum
minorem. populus gentium. ꝑ populum maiorem
populus intelligitur xpianorum. inter quos
est quasi medius populus iudaicus. Contra hunc
populum. principes isti. demones uidelicet pug
nant. quia omnia demonia. & omnia uicia
in hunc populum rebellem & incredulum con
fluxerunt. Cunq; uidissent principes cur
ruum iosaphat. suspicati sunt quod ipse esset
rex israel. & impetu facto pugnabant
contra eum. Et exclamauit iosaphat. Prin
cipes curruum. demones sunt incentores ui
ciorum. qui impetu magno pugnant contra
populum xpianorum. s; exclamante iosa
phat. i. populo xpianorum dominum & dominum suum
inuocante. & auxilium eius querente. intel
ligunt quod non sit populus iudeorum qui meri
to ꝑfidie sue est repulsus. & cessant